

**HONORI NOVO || DN. BARTHO=||LOMAEI BATTI || Hamburgensis.|| Cum illi  
auspicio Clarißimi et || Doctißimi viri,|| DN. MAGNI PEGELII || Philosophiae &  
Medicinae Do-||ctoris & professoris publici, Re-||ctoris Academie Rhodopolita-  
||nae magnifici, & Philosophicae || facultatis DECANI || spectatissimi,|| Summus  
in Philosophia gradus || decerneretur,|| Gratulantur amici.||**

Rostock: Ferber, Augustin d.Ä., [1594]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn781636531>

Druck    Freier  Zugang





Cq-1522<sup>1-6</sup>  
~~C.II.f.3041<sup>1-6</sup>~~

6. J. f. 3041



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn781636531/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn781636531/phys_0003)

44927  
x

HONORI NOVO  
**DN. BARTHOLOMÆI BATTI**  
Hamburgensis.

*Cum illi auspicio Clariſſimi &  
Doctiſſimi viri,*

**DN. MAGNI PEGELII**  
Philosophiæ & Medicinæ Do-  
ctoris & professoris publici, Re-  
ctoris Academiæ Rhodopolita-  
næ magnifici, & Philosophicæ  
facultatis **DECANI**  
ſpectatiſſimi,

*Summus in Philosophia gradus  
decerneretur,*

*Gratulantur amici.*



Rostochij Typis Augustini Ferberi iunioris, 1594.



Cg - 1522 4



**B**atte ô Palladic nitor caterva,  
Felix Batte, beateq; vsg; & vsg;  
Qui virtutem adamasq; suspicisq;  
Nil duri metuens laboris vsgquam;  
Qui sanctis Sophie ignibus severa  
Imis percitus astuas medullis;  
Hoc vnum cupidè expetens, in hortis  
Diva floridulis micantibusq;  
(En divinus vbi afflat, intimosq;  
Sensus mulcet odor, ferax bonorum  
Maximorum animi) ambulare posse  
Mirabundo obiens decorum ocello,  
Ac, quicquid gremio tenet venustus,  
Scitè indagine persequens sagaci.  
Insigne ô studium sacra ô voluptas!  
Hinc ergo tibi Diva, Diva amata,  
Batie, jam meritisimò corollam  
Promens, suaviter impedit capillos,  
Iucundum os, oculosq; suaviata:  
Hinc claro digitos honore adauger  
Hinc de conspicuâ sacrum cathedrâ  
Iam denunciat eruditio[n]is  
Quæsite titulum tibi gerendum.  
Sic nunquam labor irritus: sed vsg;  
Secum præmia fert; trahit coruscans  
Gloria decus, eviternum honorem.  
Illud gaudeo, Batte, gratulorq;  
Illud insuper opto, deprecorq;  
Quem tibi Sophie favor jam honorens  
Lubens destinat; ille sempiternum

Tot*is* sit generiq*ue*, patrie*que*,  
Sit parentibus ille laudi, & olim  
Te te catibus inserat Deorum,  
Baite ô Palladi*n*itor caterv*a*.

Hermannus Bokelmannus,  
Hamburgenfis.

Incumbunt hominum studia in contraria mentes,  
Resq*ue* probant alias alij, sua quemq*ue* voluptas,  
Et sua cura trahit, sua cuiq*ue* & pulchra videntur.  
Hinc ingenti aliis Martis perculsis amore,  
Magnanimo*que* furens stimulo capit arma, ruitq*ue*,  
Regna per ac vrbes, patiendis cladibus asper:  
Querit opes aliis ( que dejectissima vite  
Est ratio ) atq*ue* auri corradit pondera, tentans  
Mille vias, dives positis in fœnore nummis  
Vt gemmâ bibat, & ferrugine cultus Iberâ  
Incedat: seu asq*ue* minas, tumidasq*ue* procellas  
Contemnens aliis pelago se credit, & vndis  
Sæp*e* hyemal medio lethi in discrimiue. Quid non  
Improb*e* amor nummi mortalia pectora cogus?  
At fortunatos nimium sua si bona norint,  
Qui visunt fontis sacras Permeſſidos vndas,  
Prorsum humile exuti studium, vulgusq*ue* peroſi.  
Dispereunt gaze, gemme franguntur, & auri  
Copia: at ingenuâ doctrinâ, ac arte profectâ  
Munera non ullis sunt interitura dibus,  
Munera terrenis tantum præstantia gazis,

Quan-

Quantum lux tenebris, lethæo vita sopori.  
Tolle artes, tolle & Sophiam, Sol protinus alter  
E mundo sublatus erit, tenebrisq; jacebunt  
Omnia Cimmerijs: redde, imo reddat easdem  
Omnipotent artes( neq; enim sine Numine fiet)  
Clara dies animis orietur, & ubere fructu  
Complebit dociles meliora ad sensa vocatos.  
O decus! o columen vite, parsq; optima sortis!  
O quam dulce sacris Musarum vivere in antris,  
Gloria Virtutem, Virtus ubi & aquat honorem!  
Hic varia assidue resonis doctrina Camœnis  
Augustas effundit opes; hic acrius omne  
Linguarum excolitur studium, ratioq; docendi.  
Hic simul omnigenos auctorum evolvere libros  
Res sinit, atq; illinc ad honestam mentis & oris  
Culturam, sibi quisq; suos conuertit in usus,  
Quæ legit; vt paſsim per prata, hortosq; virentes  
Florilegæ glomerantur apes, atq; omnia libant,  
Omniaq; in succos, & mella salubria vertunt.  
Hic celi studioſa cohors evecta sub auras  
Luminibus, celeri tacite labentia motu  
Sydera cuncta notat, cursusq; vicesq; situmq;  
Nominaq; & molem vigili preceunte Magistro  
Discit, & exactis metit singula punctis.  
Hic datur occultas naturæ volvere causas,  
Quid stirpes, quid saxa creet; quid opera metallæ  
Molibus; unde tonet celum, violentaq; flammis  
Fulgura proveniant; quæ rerum vis & origo;  
utq; imbres, lapidesq; pluant; ut nubibus ignes  
Continuè exiliant; qui sparsoſ crine cometas

Explicit, & clades minitetur fumus atroces.  
Hic vite, morumq; decus formatur honestum  
Quotidiè & virtus doctrinae crescit in horas.  
Hic vigili studio quem talia noscere juvit,  
Præmia magna caput redimius tempora lauro.

O Felix igitur nimium doctissime B A T T E,  
Fervida cura pias pectus coluisse per artes  
Cui fuit, Aonijs Sophiamq; hauisse lacunis!  
Macte bonis animi, vera & Virtutis amore,  
Auguſtum facili haud superasti tramite collem,  
Otia qui præbet fessis in vertice: solus  
Et facere & servare potest hic, B A T T E, beatum.  
Hinc tibi & ad sacros fontes duce & aufifice Christo,  
Semita plana satis postquam est, ut vertice viator  
Evadas, Phæbus lauri de fronde coronam  
Imponit capiti: Sic qui contendere metas  
Fortis ad Eleas olim tentasset, & annos  
Sudasset multos spacia ad latissima circi  
Doctus dura pati, studio cum laude peracto,  
Accepit meritæ tandem nova præmia palma.

Ergo tuo, puro de pectore, grator honori,  
BATTE, decus Phæbi, viridi & dignissime Lauro,  
Quæ, velut haud alios mentiri casta colores  
Nescit; vera nam sic lusfret gloria menten:  
Vtq; potestates varias, vsumq; medendi  
Indica Laurus habet; sic quem tibi Laurus honoreno  
Imposuit jam nunc ad honestos transferat vsus  
Ingenij pia cura tui, patriæq; tibiq;  
Froferat inumeros multo cum fænore fructus.  
Addere plura vetat tempus; tu carmina letus

Suscipe

Suscipe, quēis dulces (vt fas est) testor amores,  
Quos salis, & mensa tecum mibi sanctior usus  
Paulatim insinuans maturā eduxit aristā.

Michael Trostius  
Lubecensis.

---

**N**uper sidereā cum Fama volasset ad aulam,  
Musarum pullos Charitumq; bis octo Rosa-  
rum in

**A**ede, Magisterij titulis ornarier; alma  
**PALLAS** ait: Quid pigra volunt cunctamina Divae?  
**NULLANE BATTIADES** capiet modo præmia? avite  
Præmia virtutis, vigilatorumq; laborum.

Vix bene desierat, cum magna Scientia magnā  
Voce refert; Quid D I V A meas ea vellicat aures?  
Quid moror? extemplo cur non mea dona capeffit?  
Dona equidem haut somno, summo sed parta labore  
Sic ait; & propius celerando ad P A L L A d a;

C T C L V M

Dextrabit aureolum dígito; deín farier infit.

**ANNULUS** hic solido ex auro; gemmāq; renidens  
Socratičā, est artis merces, que sita labore.  
Hunc age nunc **BATTO** nostro fer **PALLAS** alumno;  
Vi justum digitis meritum decus inserat orbem.

Vi solet insignem gestare Athleta coronam,  
Durum ubi Martis opus multis tractavit ab annis,  
Strenuus adversum fuit & quando hostis in hostem,  
Atq; intentatos eludere calluit ictus,  
Sic quoq; clara feret jannunc sua præmia **BATTUS**,  
Namq; inde à puerō, Claris huc ad culmina Cyrrhe  
Scandit

Scandit, præduro sese frangendo labore,  
Semper & innumeris caput objectando periclis.  
Parva mora est: PROBlias vultus, & veste severa  
Laureolam vario vernantem flore corollam  
Sumit, & ðPALias hanc hanc ait adfer eidem.  
Ipsa( fatebor enim) PROBitas hanc pollice doceo  
Texuit, en sacri ex Heliconis lecta viretis  
Lilia luteolis interlucentia nardis!  
Ecce Rosas! Violas! herbas en perpetim odoras!  
Donec erunt croceis balantes floribus horti,  
Lilia donec erunt, biferiqz Rosaria Pæsti,  
Nunquam virtutis decus hoc marcessere SERtum  
Perpetiar, violæ spirabunt semper odorem,  
Florebuntqz suis canentia lilia nardis.

Albertus Wichgreivius  
Hamburgensis.

---

**N**Itente vére cultu  
Repullulanis herbae,  
Laticis salubriore,  
Penitis soli è medullis  
Rapidi unguł vercdi  
Subcalcitrante fossi,  
Siti, astuans, biulta  
Rigare labra limfa  
Viridis cohors Iuventu  
Petebat Hippocrenen.  
Bifidi petebat inde

Iuge

Iuga verticosa Pindi:  
Charitum petebat indi  
Pictos virore campos,  
Vernos, sacros, apricos:  
Fruiticumq; messe fetas,  
Plantis, scapis, fibrisq;  
Per arcas, locatas  
In tessara figuram,  
Vagari, erat lubido:  
Hiantibusq; ocellis  
Frutices sacris in hortis,  
Plantas, scapos, fibrasq;  
Obire, erat lubido:  
Avidoq; portionem  
Meditullio fruteti  
Resicare de feracis  
Cute stirpis, vngue, fructus:  
Et stirpe deresetam  
Proprios suos in hortos  
Repastinationis  
Tráduce novatione  
Transferre, & in future  
Spem messis, atq; fructus  
Plantare, erat lubido.

Frutex Rose stat asper  
Mordace vepre cinctus:  
Virole latente caulem  
Vrtica sepit igni:  
Tribulusq; munit hamo  
Scapum trahace Lili:

A v

Aliasq;

Aliasq; & hinc & illine  
Inertis armat horror  
Rusciq;, carduiq;  
Folia, atq; Ononis, angu-  
Losusq; sonchos herbas:  
Thymumq;, Amaracumq;,  
Centaurium, Ocimumq;,  
Rutamq;, Salviamq;,  
Lavandulam, atq; Nardum,  
Selinum, Cichoriumq;,  
Aquaticamq; Loton,  
Amaranthum, Alysson, Orchis,  
Phellandrium, Horminonq;,  
Thymbramq;, Teucrionq;,  
Ophioctonum, atq; Phasga-  
Nion, Mylen, & Irin,  
Guttasq; lacrumanis  
Helena solo profusa  
Anguis latens in herbâ  
Gyro obvoluta torto  
Malè confundit veneno:  
Aranëusq; nétor  
Simul artifex trementem  
Pedis emulante filosi  
Operatione télam  
Suspendit in supremo:  
Repensq; Bufo in umbrâ  
Trux halitu venenat  
Oris nocivi odoram  
In Sole pendulam, auram.

Pars

Pars illius cohortis  
Fruticem Rose apprehendunt  
Manu, amputantq; stirpem:  
Et dum labore in isto  
Versantur amputandi  
Acumine ieci adunco  
Veprium manus cruentant.  
Viso hoc, statim ora pallent  
Ob sanguen, atq; vulnus,  
Fruticem & Rose amputatum  
Pede proterunt maligno:  
Sterilesq; ab hacce stirpe  
Fugam parant fugacem.  
At pars secunda sollers  
Nihil illius dolore,  
Vepriumq; punctione  
Tremefacta, constat acri  
Sibi mente, mente alacri  
Audax : manu apprehendit  
Fruticem, Scapum, atq; Caulem  
Violæ, Rose, atq; Lili:  
Æstuq; soluit uno  
Simul istum, & istum, & istum,  
Nihil ictuum cruento,  
Vrtice adustione,  
Sentisq; prurientie  
Commota rōsione.  
Post aream in subactam  
Cervice portat horri,  
Et humo inferit tenellas

sirempse

Sirempse lège plantas.  
Subito insitum virescit  
Foliis, solum Favonî  
Vegetante lénis aurâ,  
Protuberantq; fronde  
Pregnante mille gemmæ:  
Iam jamq; partitudo  
Viôle, Rose, atq; Lili  
Flores dabat recenteis:  
Violas suaviores  
Arabum fragrante messe,  
Rosasq; purpuranteis,  
Quas candidas Adonis  
Cruore tinxit olim  
Dente impetitus apri,  
Vndè erubere suetæ.  
Et Lilium decorum,  
Iuno quod ipsa lacte  
Suo rigavit olim,  
Perhibetur undè natum  
Fluore lactis ipso.  
Hos flosculos Thaleia  
Venus tulilla virgo  
Specie modestioris  
Oris, soniq; blæsi,  
Metebat ungue summo,  
Calathoq; dona texto  
Condebat illa florum:  
Iungensq; eis odoram  
Casiam, Melissophyllum,

Apiumq;

*Apiumq; bacculasq;  
Myrti, & sacræ corymbos  
Laurūs, marisq; rōrem,  
Famæ parat perenne  
Decus ævitermitatis:  
Capitiq; constrictoris  
Hinc pac̄tilem corollam,  
Virtutis indicinam,  
Et pr̄emium laboris,  
Concinnat hortulani.*

*Quis, Batte, temet hujus  
Partem neget cohortis?  
Dum prodigus laboris  
Colis ingeni feracem  
Noctu, diuq; agellum,  
Et inseris politas  
Satu Sophistico aurēis:  
Volitasq; fructuosos  
Apis Patrum per hortos  
Sagace mentis alâ:  
Et flosculos pererras,  
Et flosculos prehendis,  
Et flosculis inhæres,  
Et flosculos recondis,  
Alâ, ungue, nāre, mente.  
Tibi sulcus iste frustrâ  
Non dicitur caballis:  
Nec aura remigante  
Tibi secatur alâ:  
Tanti sed ē laboris,*

*Spene*

*Spem messis amplioris  
Postquam foves opimam,  
Nomen tibi parare,  
Famamq; sempiternam,  
Et nesciam moriri.  
Te non opinione  
Spes lusit illa inani:  
Voti sed( ecce! ) nunc fis  
Compos, refersq; fructus  
Tui laboris amplos:  
Simul & nitens honore  
Caput usq; & usq; & usq;  
Hederâ revinctus intras  
Semper—virente sacrâ  
Dicata templa Musis.*

*Macte ergo, Batte, talis  
Adoreâ, graduq;  
Magisteri novello:  
Quo mortuum superstes  
Aget orbe toto, & expere  
Ruga, rogiq; pennâ  
Metuente Fama solvi,  
Gaude, simulq; plaudc  
Ovans novo triumpho,  
Lauruq; germinante,  
Tibi quâ comas renodat  
( Es namq; dignus illâ )  
Pallas decens decoras.*

*Hanc gratulationem  
Tuo dicatam honoris,*

*magis*

**M**agis vnicc vni amico  
Mibi, Batte amice, dono :  
Et hunc diem, Magister  
Quo factus es, celebro  
Pinguis vapore thuris,  
Mero, Strue, atq; Fercto;  
Metrisq; flexuosis.  
Facilis cape hasce gerras,  
Apinatq; Batte : & ante  
Vi nos amasti , amare  
Sie perge post. Valeto.

## Samuel Rosenbomius Holsatus

**N**unc animum tibi nunc mentem ex meliore  
metallo  
Iapetioniaden, BATTE, dedisse reor:  
Quum sic te assiduo confectum cura labore  
Edita Musarum ad culmina sustulerit.  
Hic ce tui videoas studiu certare Puellas  
Certatim, hac necit munera, at illa metit:  
Hac tibi deproperat lauruve rosisve Coronam,  
Illa jugat violis lilia purpureis:  
Hac tibi baccifero prostringit tempora ferto,  
Hac gaudet gemmeas addere delicias.  
Lecta hae floriferis Stagirita lahyrinthis,  
Arpinate favo, Cecropioq; sale  
Tincta, tuis aptat sacra ornamenta capillis  
B A T T I A D E, cinctus virgine Latoides  
Vtq; humero suspendit ebur vocale comam,  
Dixit, quassata terq; quaterq; comam: O de-

**O** decus eximium, ò magnis virtutibus aucte,  
Flos Heliconiadum, BATTE, medulla Deum!  
**E**n immortali textam tibi fronde corollam,  
( Hæc semper merito ferta capiti )  
**Q**ue Lethes expers sacra tua tempora circum  
Vivat, & aeterno perpetum honore fragret:  
**S**ic quoq; tu cresces usq; atq; usq; optime BATTE,  
Inq; diem fies clarior, inq; diem.  
**H**æc ait: injectâ duxitq; ad limina dextrâ,  
Sancte ubi Virtuti stat benè junctus Honos:  
**T**urba Deum fausto plausu laudabat cunctem,  
Plaudebat Paphies suave sodalitum.  
**S**ic tibi sic merito dulces gratantur amici,  
Sic ego cuncta precor prospera. BATTE Vale.

Iohannes Huswedelius.  
Hamburgensis.

---

**C**Vm tua Maiorum series, prospia avita,  
Stemmag; Battiadū, nobile stemma cluat:  
Bruc; imprimis, fluidas medicamine pestes  
Pellere pergrato atq; amplificare moras  
Vite qui poterat: nil turba operosa medentum,  
Huic Asclepiadæ si aquiparetur, habet.  
Dulce lyræ decus Aonie, prestans medice artis  
Phoenix, concelebrant Triga beata tuas  
Laudes perpetuā, vivacemq; ardua famam  
Fert indefesso Gloria remigio.

Non

Non ergo insolitum, Musarum antisflita Batte,  
Imbre Medusco quod tua frons madeat:  
Quod tibi Perrhebi penetrare cacumina Pindi,  
Mentem habere catam, corculo esse datum est  
Diva patima, Themis comitantur te undiq; euntem  
Cum Aglaia Euprosyne Suadaq; & Eurynome.  
Cecropie viridi iam cinctus fronde Minervae  
Te redimit lauru candida diva Paphi:  
Vt iam dispessis manibus monstreris ab omni,  
Eccum Suadæ cor, Ecce amor Aonidum,  
Ecce sacris Pullus Permessi eductus in hortis  
Maetus ut hoc fert, maetus honore novo.

Michael Kleinweg,  
Hamburgensis.

---

N Vper lenta per otia  
Puro BATTHIADEN viderat aethere  
PHOEBVS, fila sonantia  
Attactu tenero tangere callidus,  
Cum lucem is, tenebras simul  
Intento studio frangeret impiger,  
Abstrusis Aganippidos  
Querens labra sacris tingere fontibus.  
Exemplò Charitum gregem,  
Et quicquid tenerum fortè sororculum,  
Ad dium vocitat thorum,  
His tandem aliloquis longa silentia  
Dictis imminuens Pater.  
Cœlestes proceres, Numina dulcia,

Quies

**Quae** est cura, nec **infima**  
**Cultori** vigili solvere **præmia**?  
**En** claro juvenis loco  
    Natus **B A T T H I A D E S**, qua prope flumina  
**Lambunt** rore reciprocō  
    Muros Gambrivios, hunc **Probitas** pia;  
**Hunc** & nuda Modestia,  
    Alis blandisonis stipat amabilis,  
**Hunc** doctē Clarias opes  
    Lustrantem, placido cernite lumine,  
**Huic** jam promeritum decus  
    Afferte, & nitida laureolam com.  
**Donate**, & digitis modo  
    Aptate egregij delitium annulj.  
**Parent** imperijs statim,  
    Portantes meriti pondera præmij.  
**Ergo** dulce decus chorj.  
    Doctii, **B A T T E** tibi Gratulor intime,  
**Inde**pius tituli novi  
    Ornamenta, tuis parta laboribus.  
**Ad**git turba favens tibi  
    Musarum, Aonidum & dux gregis inlyctus  
**Nec** non carbasa prosperent  
    Letis continuè turgida statibus.  
**Laudes** te ora per omnium  
    Inflatum ut vehitent curribus aureis.

Michael Sumius  
Holsatus











VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

ster GmbH www.yxymaster.com

CARMINA CO-  
MITATIVA,

Suavi quà mentem , quà  
mores elecentiâ egregijs.

S A F E L I

ROS  
Typis Ferbo

ANNO c 15 15



Ca - 1522 5